Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Posuit desertum in stagna aquarum / & terram
sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esurientes / & constituerunt
ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros / & plantauerunt uine
as / & fecerunt fructum natiuitatis
Et benedixit eis & multiplicati sunt nimis /
& iumenta eorū non minorauit.
Et pauci facti sunt & uexati sunt / a tribulati
one malorū & dolore.
Effusa est contemptio super principes / & errare
fecit eos in inuio & non in uia.
Et adiuuit pauperem de inopia / & posuit sicut
oues familias.
Videbunt recti & lactabuntur / & omnis iniqui
tas oppilabit os suum.
Quis sapiens & custodiet hec / & intellegit
misericordias dni.